

158 *Ottonis Tachenij*

*** *** *** *** *** *** *** *** *** ***

Dicta in summam contrahit.

C A P V T X X I .

Alcali & acidum volatile in
vegetabilium familia, con-
cremantur per ignem , in sal fi-
xum vel in planè alcalizatum.
Modum quidem verbis magnifi-
cis promittit Reformator in man-
tissa Hermetica *a*, nullibi tamen
reperibilem ; interim vituperat
a fol. 788. salia, quorum cineres cum sul-
phure combusti sunt, reprehen-
ditque Hartmannum *b*, ut pessi-
mum scriptorem, nihilque ineptius
doceri inquit , quām salia alca-
lia acidis miscere (quasi ipsus non
docuisset Alcali viperinum , cum
acido spiritu salis miscere ; sicut
etiam spiritum vitrioli , cum sale
absinthij alcalizato , sub titulo
spiritus vitrioli coagulatus c , ac
pariter in appendice fol. 100,
summis rursus laudibus extollit
huiusmodi mixta salia) & paulo
post iterum admittit cineres cum

b In ap-
pendice fol.
c fol.

c fol. 788.

Hippocrates Chymicus. 159
fulphure calcinari, sub incertitu-
dine dominâ, quid eligendum.

Sciendum est, nullum vegeta-
bile habere fixum sal, cuiuscun-
que sit generis, nisi combura-
tur actuali igne, ita ut acidum
vstulando in alcali, & vicissim
alcali in acidum agere & appre-
hendere queat, ut in vini succo &
eius tartaro fieri ostendi. Testis
mihi erit lignum putridum, licet
hoc summo studio in cineres re-
degeris, quo cunque lubuerit i-
gne, sal non exinde elicies; aci-
dum enim & alcali, ambo vola-
tilia, ab aere absumpta, & nil
nisi cadauer inutile reliquere:
sin vero comburantur ante pu-
trefactionem, tunc habebis in-
tentum.

Principale studium & labor ita-
que erit in hoc opere, ut herbæ
sint recentes & minimè flaccidæ;
tunc nimirum concremando, in-
nata humiditas cum bullit, sol-
vit acidum & alcali, quæ soluta
agunt in inuicem, vnum appre-
hendit aliud, & ambo fixantur

*Aer vob
latizat.*

*Actio
hec vocari
meretur
Fermentationis
transmu-
tantur nis-
mirum na-
tura instru-
menta.*

O ij

iuxta concreti proprietatem: pars autem quæ aufugit cum flam-
ma, & ab acido non arrepta fuit,
in fuliginem abit; ex aqua alcali
volatile facilis methodo elicies; nū-
quam autem sal fixum, ingenio
tamen, ad constantiam reducitur.

Fermentatio, hæc actio voca-
ti meretur; transmutantur nimi-
rum ambo instrumenta naturæ in
vnum artificiale: quod sicut in
saponaria & vitraria arte cum a-
cido, suo contrario, in neutrum
vertitur; sic etiam in humano
corpore contingit; cum à pru-
denti ac Hippocratico medico
adhibetur, vel administratur suo
contrario; eadem enim est ope-
ratio, vt docuit a Magister.

Exemplum sit Absinthium vi-
ride; istud viride, sub camino
vel loco aperto accenditur, flam-
ma impedienda summo studio;
satis erit in cineres esse conuer-
sum, qui post concremationem
in larga olla terrea & humili, vel
super ferrea elatae oræ tabula vel
lamina, accensis subtus carboni-

a Lib. I. de
dia: a.

Hippocrates Chymicus. 161

bus, fornaculo venti ut portellâ,
claudi & aperiri pro necessitate
queat; spatulâ ferreâ semper mo-
uendo cineres donec optimè al-
bescunt, quos sacco lineo acu-
minato, (vel si pauxillum) car-
tæ acuminatæ impone, & a-
quam cōmunem perfunde, quæ
cum transcurrit sale prægnans,
lixium vocatur; hoc percola-
tum lixium, in sartagine ferrea
(non vñcta in culina) celeri e-
bullitione coagula & constringe
in massam, & quando instar mel-
lis spissescit, assidue spatulâ mo-
ueto, & exficcatum in pulue-
rem griseum, quem statim ollæ
non vitreatæ, fornaculo venti
clauso ostiolo, impone ac obrue
carbonibus minutis puluere mix-
tis; sensim calefacito; vix ad bru-
nitatem, non autem ut fundat,
refrigerato; projice sal in vitre-
um vas, ut sufficienti aquâ dis-
soluatur & moue cum baculo lig-
neo aliquoties; tunc soluum
quiescere permitte duas vel tres
dies, clarum à fæcibus sine ma-

a Salis vñ-
ciam aqua
libra sic op-
time depo-
nit.

O. iij.

gna agitatione effunde , & in
plumbeo vel vitro vase , in are-
nam posito , aquam exhalare si-
ne bullis permittes , donec salina
cuticula supercrescat : tunc re-
moueto vasculum , & sequenti
mane collige splendentia grana
salis , quæ aquâ limpidâ celeri
motu abluenda & exsiccanda
sunt. Remanens lixiuum iterum
arenæ impone , ut aqua exhalet ,
ut pridem , ad cuticulam. Ambo.
hæc salia coniunctim in uno vas-
culo sunt asseruanda , quæ hoc
modo parata , referunt sui con-
creti crasin.

Reliquum lixiuum vrinacei
saporis , & fætulenti odoris pro-
vitrīs abluendis relinquendum .
Hæc est facilis & naturalis ratio
parandi vegetabilium salia , quæ
nunquam liquefcunt per se , ne-
que ingrati sunt saporis. Libra
huius cineris fundet ferè vncias
quatuor salis purissimi , sed ari-
darum herbarum cineres , libræ
quatuor vix dabunt salis vnciam.
Alcalia fiunt ex vegetabilibus.

Hippocrates Chymicus. 163

eodē modo, quorum tamen quædam facile in liquorem vertuntur, vacua enim sunt; ob id ex aere quærunt exsatiari, ut suprà in occulto aeris acido indigatur, quod sufficit.

Quæ herbae dant alcalia? sal-
sa vel aci-
da suprà
satis ostendit.

Reformator cineres coquendos, & lixiuum inspissari ad siccitatem, & postea fusionis igni sine discretione committendum docet *a.* Sic loco salis vegetabilis, semper inane & causticum alcali euadit: sal enim absinthij, a *Mann* fundamentali suo puncto est ex *nibæ foliis* *789.* acido salsus, & non planè fixus, ut ostendi; sin verò fusionem patitur: tunc agunt in inuicem ambo sapores, & in alcali fixantur, sicut omnibus acidis arte paratis salibus contingit. Igitur ex solo ignis *b* regimine alterantur res, mutant nomen, virtutem, & efficaciam. Hæc est *b* *ignis pro- fessor publicus* causa quod vires salium nunquam sunt æquales ab ignaro præparati, quando nimis alcalizantur, laudantur ab imperito (ex gratiâ, sal absinthij) in

Q. iiiij.

colica profuisse, quæ tunc ex acido erat, quod combiberat; cum verò ex acido salsus, & adhuc volatilis à perito præparatur, stomacho & in antiqua oppilatione prodest: & tunc est basis in cachecticō puluere a Quercetani. Causam humoribus noxijs adscribunt.

Sic multa fiunt fixa, si debito calore, & iuxta subiecti perfectionem, & suis requisitis tractentur, quæ alijs erant volatilia: alium nimirūm calorem & instrumenta requirit sanguinis fixatio, aliud ingenium quando nitrum & arsenicum fixantur, aliud quando totum nitrum solo odore in terram vertitur,

*Omnia
spissi fiunt
per Diuinam
nam neces-
sitatem
Hipp. lib.
su de diata.* aliud vas & ignem quando Mercurius per se quodammodo fixitatem induit, alia requisita quando antimonium & sulphur fixantur; sic etiam alia operatio est salium, quæ omnia sunt volatilia, ut in ligno putrido ostendi.

Hæc est ratio quare ligna (ex quibus componunt naues

bellicas Veneti , sapientissimi &
prudentissimi Patres) recentia
iubeant aquis submergere, in or-
natissimo ac instructissimo Ar-
mamentario , idque per multos
annos , ne scilicet aër illa pene-
tret ; fiuntque sub aquis tam fi-
xa , ut saxa æmulentur.

*Veneti
ingeniosi.*

Sin verò in aëre flaccescere in-
cipiant , priusquam submèrgātur ,
debent modèstè aduri , ut acidum
& alcali in inuicem liquentur ,
& quasi incrustentur ; sic per sæ-
cula non corrumpuntur , neque
putrescunt . Sic incrustantur pali ,
qui in terram defiguntur , pro-
fundamentis magnorum ædifi-
ciorum , ne marcescant .

Hortulani in hisce insulis , in-
cineres reducunt herbas in aere
arefactas & earundem cineres
védunt Pharmacopæis bonâ fide ;
hi cum parum aut nihil salis ex-
inde eliciunt , & ob id , horticul-
tores reprehendunt nullius eos
valoris fuisse : respondent quod
transportando cineres , aqua ma-
rina sal abstulerit ; facile id cre-

dunt plurimi, aliam causam ignorantes.

Cùm verò in cineres reducuntur vegetabilia recentia, vt fit in Lithuania, Scandia, & Moscouiâ pro cineribus clauellatis; tunc in ignea ebullitione acidum & alcali se inuicem apprehendunt, & colliquantur, atque fixantur. Cùm verò vrgeantur igne liquefactio, vt docet Reformator, tunc naturam mutant, & in alcali vittificans vertuntur, vt Zoar notavit b super Exodum: quod tamen priusquam per ignem transierunt, concretis nec infuit, vt neque fixum: quod rursus per inversionem, non solum induit volatilitatem, sed etiam in elementa reducitur, vt de alcali tartari ostendi.

Sin verò alcalia cum proprijs oleis distillatis, iustâ proportione, debito requisitoque tempore, artificiosâ occultaque circulatione, ac idoneo vase coquuntur, dant ens mirabile. Sic o-

a In hunc
sensum air
Basilius de
sale armo-
niaco.

b Quando
abrumpen-
tur alæ
meæ, tunc
madidus a-
quis fiam.

leum Cinnamomi, absorptū proprio alcali (modò vestibus sit spoliatum) tantum efficit in paralysi similibusque morbis, quantum de illo speratur. Oleum tartari volatile & pingue, cum proprio alcali iusta proportione, fit sapo.

Hoc exemplum de Tartaro cùm olim monoculus quidam, ore tenus per modum informationis, à me audiisset, statim coxit alcali viperinum cum oleo tartari, diuersæ naturæ, rustico more, imò minori cum observatione; quod coctione in phiola longi colli cum alcali saponis consistentiam acquisiuit: hic tamen amicam informationem mihi vitio vertit, in admodum longa epistola scribens: *Oleum tartari quod affundere iussisti, piceam omnino naturam induit, cāque est spissitudine dum refrixit ut scindi possit; ita animaduerto me penitus deceptum esse: verum quidem est, me sapius ex ore dominationis a ve-*

*Oleum
fit sap.*
*à domo in-
grati non
recedit ma-
lum.*

*Qui amant
est rusticæ.
sunt, mi-
rum in mo-
dum venu-
sti euadunt*

stræ audiuisse , quod huius salis
præparatio ingens lumen in Chy-
mia præbeat , &c. Magnus hic
physicunculus tantum in ignauo
cerebello , non habuit salis, licet
de eo scribillans , vt huius inspi-
sationis necessariam causam per-
quisuisset, sed statim illud quod
ignorat , fucum , & imposturam
a Fol. 487. esse scribit . a Quemadmodum
autem animaduertit , huius ins-
pirationis causam vulgo , ijsque
saponem confidentibus notissi-
mam ; sic etiam animaduertit
quæ reformat.

Arrige ergo aures , omne o-
leum , vt & pinguedines , oc-
cultum habent acidum , in quod
agunt alcalia , illudque absu-
munt , aliæ nunquam sapo sic-
ret : oleum enim distillatum oli-
uarum rodit solvitque argentum
insensibiliter , cum ei iniectum
per breue tempus fuerit ; quod
nisi aciditas ei inesset , non con-
tingeret : remanens spissum , fer-
rum à rubigine melius præseruat,
quatenus per distillationem præ-
fatum

Oleum
laterinum
est acidum
& calofa-
cit.

fatum acidum est ablatum, ver-
titurque vrgente igne in carbo-
nem alcalizatum; quod assusio-
ne cuiusdam acidi spiritus ad o-
culum agnoscitur. Hæc est ratio,
quare Armamentarij vrbis huius ^{Vene-}
nobilissimæ præfecti, priusquam ^{tiarum.}
arma perungi current, oleum ad
medietatem ferè leni igne evapo-
rare sinunt.

Sic vulgus in acerbis dolori-
bus (plerumque ex acidis) ex-
petit oleo inungi, quod ardet ^{Oleum oli-}
coram imaginibus, idque dolo- ^{uarum spis-}
rem mitigat; hanc gratiam su- ^{sum, Alco-}
perstitiosi Græciæ populi attri- ^{li refert.}
buunt imagini, cui ardet lam-
pas. Causa tamen est, quod il-
lud spissum in lampade per flam-
mam, amisit subtiliorem acidam
partem: spissum ut est acido va-
cuum, impatiens novo acido sa-
turati rursùs desiderat; illudque
reperit in membro dolente; hoc
extrahit, recipitque in se, &
dolor cessat, aut saltem miti-
gatur.

Oleum antiquissimum induere

^{Oleum}
^{vetus quare}
^{rancosse.}

P

170 *Ottonis Tachenij*

balsami naturam credit vulgus ;
quia oleum centum annorum in
Castello Brixiensi, subleuat mul-
tos à doloribus ex acido ; cui o-
leo ob vetustatem, alcali supres-
sit pro parte acidum , hinc tan-
dem rancescit ; ita & veneranda
antiquitas compositionibus pro
externo usu , oleum vetus insti-
tuit.

*Poma pu-
trida.*

Eadem ratione poma putrida,
magis refrigerant quam cocta ,
quæ ideo anodina appellamus.

Butyrum.

Butyrum recens , plus habet
alcali quam acidi, adeo magis
refrigerat quam oleum. Hinc
schola Salernitana egregie ad-
modum de eo refert.

*Lenit & humectat, soluit sine
febre Butyrum.*

Ea de causa non coagulatur
in lacte , nisi lac prius acescat ;
& si in butiri confectionem fi-
xum alcali injicitur , quod aci-
dum absunit , non fit butyrum ,
acidum enim debet coagulare al-
cali.

Sic & salia alcalizata, facilli-
mè in aëre fluunt & dissoluun-
tur, sed quām primum affundi-
tur acidum vt alcali superetur,
indurescunt & coagulantur.

Sulphur in sua pinguedine oc-
cultum habet acidum, & non
solum in oleo, sed etiam in al-
cali promptissimè dissoluitur,
nunquam autem in manifestè
acido, licet potentissimo; sin-
verò acceditur sub vitria cam-
pana, tunc occulta aciditas ver-
titur in fumum, qui in succum
cogitur acidissimum; & alcali,
quod sulphur pridem amicabili-
ter suscepit, iam ab eo destrui-
tur, fitque noua creatura diuer-
sa à priore.

*Sulphur
acidum,*

Laudatur autem sulphur à Di-
oscoride, in pulmonum affecti-
bus; cui addunt alij, esse animam
eiusdem: intellige cùm ab Hip-
pocratico euacuatur, & in ter-
ram insipidam lacteamque fixa-
tur: tunc inanitionis sit impa-
tiens, rursusque suo simili exfa-
tiari desiderat a: audiē itaque

*a Sulphur
in oleo ten-
cottum, fin-
git pulmo-
nem, spi-
raque odo-
rem putri-
dum.*

172 *Ottonis Tachenij*

combibit & absorbet pulmonum
acida putrefactiua , quæ à capi-
te descendere firmiter creduntur:
fine tamen hac præparatione

planè his affectibus inutile repe-
ritur ; quod veritatis persecuto-

res quotidie cum nausea expe-
riuntur. Hæc terra tunc à peritis

*Lac sul-
phuris.* lac sulphuris meritò appellatur,
perficitque plurima quæ Crollius
titulo eius subscriptis.

Porro distilla etiam acetum (in
quo oleum pingue & aquam ar-
dentem esse ostendi) fæces aridas
ex retorta compelle , & exhibit
acidum & oleum pingue ; carbo-
nem relictum reduc in cineres,
ex his aquâ communi alcali eli-
cito , quod proprium acetum i-
terum combibit & absorbet , ex
phlegmate fit aqua ardens ; ex
alcali & acido, habebis tartarum
regeneratum. Sic omnia in om-
nibus , id est acidum & alcali v-
bique deprehendes.

Camphora (de qua acriter dis-
putatur, utrum calida vel frigi-
da) est alcali volatile , & à na-

*Omnia in
omnibus.*

Hippocrates Chymicus. 173
cura, pinguedine propriâ saturata; sicut ab arte similia ostenduntur fætentem enim & rodentem aquæ fortis aciditatem, quæ solo odore suffocat a, in se combibit, ac cum ea olei formam ludit, non autem cum acido, benigno, suavi & grato (acetum puto, ut & reliqui succi acidi): quod notandum. Eodem modo, malignum, venenosum, intimis fætens & rodens, suffocans illud acidum, quod in acutis per venas hinc inde fluctuat, & patientes sine intermissione exanimet camphora per os data, statim in se absorbet; vitalis spiritus fit purior & alacrior, acquiritque vigorem: quod inter praticos, primus obseruauit Avercenna; unde rectè eam, Theriacam contra venena calida appellat celebratque: spiritus, inquit, vitalis, acquirit ab ea subtilitatem, & luminositatem vehementem, & propterea latifidat & confortat: addo non respondere vulgatum illud, de Camphora.

P. iij

a Aqua
ferris fre-
quens odor
Atrophiam
cum acer-
bissimis do-
loribus gen-
nerat. *Vio-*
de & *He-*
mont: *de*
lithias capo.
9. §. 71.

Camphora



*Castrat par nares, camphora
odore mares.*

Si loquor
absque ve-
ritate eru-
bescam, **N**AM quotquot noui , qui illam à fordinibus per sublimationem purificant (Resinatores dicuntur) tam Venetijs , quam Amsterodami , quorum tota domus nil nisi camphoram spirat , sunt salacissimi & fæcundissimi , & nisi propriæ confessioni fides habeatur , in testimonium voca numerosam eorum prolem .

Camphora sic soluta in aqua forti , & cum aqua simplici præcipitata vel potius reducta , fit sapo , quocum mulierum manus perungantur , & posteà aquâ abluantur : absunit acrenem illam , quæ cutem exasperat , redditque eas molliculas lacteasque : ornamentum singulare muliebri sexui : quin & sanorum quoque cura , venustas

Hippocrates Chymicus. 173
eis causâ suscipienda esse : docet
magister a.

Quemadmodum camphoræ al-
cali, nil nisi unicum acidum com-
babit : sic etiam Antimonium,
proprio & innato acido vacuum ; ^{Antimo-}
quod consistit in subtili ac ve-
nenoso nullius ferè ponderis ha-
bitu , ut docet vitrum eius vel
puluis , Mercurius vitæ appella-
tus ; ex quo cum vino acidulo
(suo simili non dulci) extrahitur
venenum quod stomachus ab-
horret , ideoque hoc vinum per
os assumptum , magnâ violen-
tiâ per vomitum & secessum à
vitalitate reiicitur , ac per ac-
cidens aliquando morbos primæ
regionis tollit. Hinc Helmont
b : quamdiu Antimonium vo-
mitus mouet , non est boni viri
remedium.

Cùm vero istud venenum , aut
ignis flammâ , aut nitro accen-
so , ab antimonio evacuatur , (de
quo dixi suo loco) tunc alcali
antimonij rursus saturatur dictis
acidi spiritibus ; qui tamen cum

a Praee-
prionum li-
bro.

b De Febris.
c. 15. §. 6.

sint ex nitro aut flammâ , non
sunt antimonio proprij , adeò ut
dierum cursu , ex aere tandem
suum simile extrahat a , sicut de
silice dixi , qui ex aere , non vi-
tæ Canis , sed sui simile alimen-
tum trahit , ut suo loco ostendit
ita , quod pridem sudores & vri-
nam placidè mouebat , nunc si-
cut ipsum antimonij vitrum vo-
mitus excitat . Flamma itaque , ut
& nitri aciditas , sicut non sunt
venena , ita non sunt propria ,
iam euacuato & inani antimonio :
adeoque antimonium in alcali
redactum & omni sapore spolia-
tum , quod diaphoreticum vo-
cant , si reperit in corpore hu-
mano aliiquid venenosi , illud at-
trahit , saturaturque ab eo : gau-

b Hac ra-
tione lau-
datur à Ba-
silio Arse-
nici alcali ,
pro sanita-
tis thesauro :
quod ramen-
nisi docto-
ractare sua-
deo;

det enim natura sua simili na-
ture b , illudque retinet , atque
in illo lætatur magis , quam si
in corpore humano hinc inde er-
aret . Nullibi igitur Antimonium
istud vacuum & diaphoreticum
prodest in morbis , nisi in eis
qui aliquid acidi veneni , aut oe-

culti aut manifesti, præ se ferunt
ut pestis, causones, petechiales,
ac aposthemata interna varia,
quocunque loco extiterint, ho-
rum venenoso halitu, ab Anti-
monio absorpto tunc pori se
sponte aperiunt, fitque diapho-
reticum, alias nunquam. Hinc
Basilius a, puluis ille, inquit, in-
signes possidet vires, ad exter-
minandos veteratos multos & e-
xulceratos morbos, &c. Quorum
nimirum aciditates sunt putre-
factiæ & escaroticæ, eas nem-
pe hic puluis combibit atque ab-
sumit: & vt dixi, contractura po-
rorum relaxatur. (Hanc actio-
nem vulgus exsiccare vocat;
cuius ratione, est etiam ingre-
diens, in emplastrum illud, quod
barbaro nomine oppodeldoch
appellat Paracelsus. Quid au-
tem sit, & quomodo fiat hæc
absumptio, imbibitio, præcipi-
tatio, vel exsiccatio, infrà deſer-
ti proprietatibus rursùs ad ocul-
lum ostendam.) Et licet perlæ,
corallia & quæ Cardiaca vocan-

a In repe-
titione an-
tiquissimi
lapidis fol.
80.

178 Ottonis Tachenij

tur, acida quoque absumunt,
quæ circa cor sunt exorta, hæc
tamen non sunt putrefactua,

neque veneno occulto coniuncta.

Calor vno-
catur à
vulgo gene-
rati voca-
bulo.

Aliud itaque est acidum,
quod antimonium vacuum & al-
calizatum combibit. Aliud quod
perlæ, in cordis palpitatione. A-
liud quod oculi cancri, in vul-
neratis & contulisis. Aliud quod
sanguis hitci in pleuriticis. A-
liud quod ferrum in obstructis &
laxis. Aliud quod vegetabilium
alcalia volatilia, in hecticis. A-
liud quod lapis Bezoar, in opu-
lentorum animi deliquio (opu-
lentorum dico, nisi enim eximio
pretio lapidi, respondens sit pro-
portio *a* ad acidum illud naturæ
exosum, frustrè propinatur. Hinc
Crato, se nullam opem ab eius
frequenti exhibitione animad-
uertere potuisse; quod verum
esse facile mihi persuadeo, præ-
sertim cùm *a* granis propinatur,
ut libri suadent. Notarunt hunc
defectum cum Cratone plures e-
munctiores vrbis practici, qui

*a Eduardo
Regi datum
fuit drach-
ma pondus.
vide Ma-
nardum &
conciliare-
rem.*

occidentalem præscribunt, non quod præstantior sit orientali, sed quod viliori sit pretio, & ideo in maiori dosi exhibetur. Communis namque est opinio, dicuntque eum omnes sudorem pellere; quod tamen non contingit, nisi prius acidum morbosum planè absumperit (ut noctauit Hercules Saxonja a maximæ famæ practicus): considerant enim hunc lapidem (ut & quam plurima simplicia) agere in corpore, sicut cuneus à malleo compulsus: non animaduententes, quod extraneo sapore per lapillum, aut simile absumperit, pororum contractura relaxetur, & tunc totum corpus per se transpirare, ut docuit Hippocrates, probatque Senis doctrinam, musca in oculo; cuius palpebræ contrahuntur illico magnâ violentiâ; non quod musca contrahat, sed sensus horret peregrinum irruens: quam primum autem muscâ exemptâ, palpebra rursus cum mollitudine

a Capite de
febribus
pestiferis.

relaxatur.) Aliud inquam acidū, quod Paracelsi lilyum in Hydrope. Aliud quod spirituale sal Tartari in melancholia Hypocondriaca, reliquisque omnibus in splenis affectibus. Aliud quod osteocolla, in ossium fracturis. Aliud quod corallia cum specifico suo alcali, in Gonorrhœa absumunt & absorbent, &c. Stomachi tamen acidum proprium insitum & manifestum quod ostendi, cum quo cibum in acidum chilum vitalem coquit & mutat, dicta simplicia non combibunt, immo nec intrant quidem, quod admirandum. Hinc liquet quod quælibet aciditas vel aura (nomina ut lubet) expectat auscultatque lubens suum conueniens compar (sicut vitrioli euacuata terra, in Carinthia ut supra notaui) quocum alterari, absorberi, ac transmutari gaudet: neque alterius familiam perturbat, hinc homo Microcosmi nomen adeptus est: & Hermes a, quæ sunt in

Macrocosmi rerum semina, esse acida per alcalia, supra ostendi: sic in Microcosm tam sano quam morbo, natura hunc consensum studiosissime obseruare docet

in superis, hæc inferioribus in-
sunt. Hæc sunt medicinæ funda-
menta, iuxta hominis naturam,
ut primi inuentores eam inuenie-
runt, iudicaruntque artem di-
guam, quæ D E O adscriberetur,
quemadmodum est receptum, vt
doceat Senex b, non enim, inquit
citato loco, Siccum, neque hu-
midum, neque calidum, neque fri-
gidum, &c. Sed sapores! quos
recenset ibidem: hos cavitatibus
ventriculis inesse ostendit meus
Hippocrates c inquiens: *Corpus*
humanum plures habere ventri-
culos (vel sapores) d quos no-
runt illi, quibus hæc res curæ
erit (id sonat: soli Philosophi
Chymici; nam paulo post sub-
iungit) ex prædictis itaque om-
nibus, nullum est, quod oculis
conspicienti videre ac cognoscere
contingit; qua propter etiam OBS-
CVRA, mihi appellata sunt,
non tamen quod obscura perma-
neant, & nos vincant, sed quan-
tum possibile est, cognoscantur &
superentur: possibile autem est

hæc quo-
diana &
vulgarissi-
ma praxis.

a In Ta-
bula.

b De vete-
rum medi-
cina.

c li. de arte.

d Ecce hic:
Attributa,
circumstan-
cias & mu-
tationes va-
rias, prop-
ter quas,
diurniora
quadam
mora affe-
ctus affi-
dent. de
quibus se-
nex in pra-
ceptionum
libello.

(Philosopho Hippocratico Chymico) quantum agrorum naturae ad considerandum conferunt, & quantum eorum, qui perscrutari sunt, naturae ad perscrutandum aptæ sunt. **CVM MVLTO ENIM LABORE ET NON MODICO TEMPORE, PRÆ OCVLIS VIDENTVR ET COGNOSCUNTVR:** Nam quæcunque oculorum conspectum effugiunt, ex **MENTIS OCVLIS** a nostris obtainentur & superantur. Haec tenus ille. Horum quam plurimi, Hippocratis Autoritate, quantum Compendij brevitas permittit, luce clarius ad oculum demonstrauit: non tamen eo fine, ut Hippocraticus quisquam, hanc doctrinam imprudenter coram idiotis exerceat atque ostentet. **MAGISTRO** id admodum grauitet prohibente, a inquiens: *Mihi quidem maxime videtur, qui de hac arte differere instituit, quæ plebeis nota sunt dicere debere, cum de*

a De pris-
ca medicina
nra.

Hippocrates Chymicus. 183

nulllo alio vel querere vel dicere
conueniat, quam de morbis, qui
bus ipsi tentantur. Id sonat: si
alia memineris, quam excremen-
ti iοs quatuor humores pro mor-
borum causa, & hos suis mini-
stris & satellitibus vincitos non
educere promittis, (his nimitum
gaudent) etis defector, Empiri-
cus, Paracelsista, &c. Cūm igi-
tur MAGISTER plebeos
& ignoratos timuerit, iuuat Hip-
pocraticum, illud comicī fre-
quenter ruminare: quod scis
nescis.

Ex dictis nunc concludere
licet, (ne longius vagemur quam
par est) Alcalia omnia sine aci-
do, esse corpora inania & vacua,
& fixum nimirum alcali, cum
acido fixo saturatum, fit petra,
ut in calce ostendi: cūm vero
fusionis ignem patitur, tunc
transeunt in vitrum.

Idem Alcali fixum, humidâ
viâ cum occulto acido pingui
ad maturitatem coctum muta-
tur in saponem.

*Loquendum
ut plures,
sed sentien-
dum ut
panci. A-
rist. 1. topic.*

*a Alcali eff
vacuum in
natura.*

Q ij

Sic fixum alcali mixtum cum acido salis spiritu, fit sal commune, omnes eius proprietates habens.

Sic etiam fixum alcali cum acido vitrioli, fit vitriolum, quod tartarum vitriolatum appellant: & quamvis scriptores affirmant, acidum sulphuris, per campanam, non differre ab acido vitrioli, verum non est; sed sicut acida omnia retinent & conservant seminis proprietates ad elementa usque, ut de vino ostendi, sic etiam hic acidus liquor: cum enim roserit naturale corpus, ex. gr. arenam, ignem nondum expertam, tunc ex eo naturale sulphur sublimatur. Nihil itaque in mundo mori, sed omnia transire & immutari recte statuit Trismegistus a. Et Lucret. canit b

*Nullum omnino corpus peric.
neque sit quod prius non erat.
Hipp. l. 1.
de diata.*

a in Pimandro.

b Lib. 2.

.... quæque in sua corpora rursum dissoluit natura, neque ad nihil interimat res.

Alcali fixum, cum acido spiritu nitri vertitur in nitrum frigidum, flammarum concipiens, &

Hippocrates Chymicus. 185
est anginæ remedium.

Idem Alcali cum acido vini
fit tartarus vini, ut suprà pro-
lixe ostendi.

Hoc modo (docet meus Hip-
pocrates) procedit etiam natu-
ra , quæ alimenta alcali volati-
li repleta , cum acido ventricu-
li primò in chilum manifestè
acidum conuertit , & in subse-
quentibus ventriculis coagulatur
alcali , iuxta proprietatem acidi
occulti , quod canitates in se cu-
stodiunt. Sic alcali fæcum alui ,
licet centies rectificatum turba-
tur sponte , ut ostendi suo loco :
ab alcali urinæ , odor est inse-
parabilis : Alcali sudoris homi-
nis sani , non færet. Sic alia est
coagulatio calculi , vt in disso-
lutione & concretione eius osten-
di. Aliud est acidum istud , quod
in ossibus alcali indurat , aliud in
sanguine , aliud in venis , aliud
in capillis , aliud in vnguis ne-
cessè est , & ratio diætitat , alias
nimirum generaretur quidlibet
ex quolibet. Sic etiam differt

Fermenta
loci , qua
mumilia
appellant.

| Hæ viâ
etiam para-
tur sapo sa-
pien:um.

186 *Ottonis Tachenij*

sapo , factum cum oleo , ab illo ;
quod cum Axungia ; & hoc ab-
eo , quod à suo conficitur . Om-
nes musculi , inquit Hippocrates ,
a proprium suum ventriculum ha-
bent : indicans quamlibet coagu-
lationem specificam , requirere
etiam specificum coagulatorem ;
qui quamvis occultus , pro-
fectò acidus tamen mechan-
icâ necessitate esse debet , ut in
oleo , seu , lacte &c. ostendi :
alias nihil vñquam in vniuerso
coagularetur : neque sane (sub-
iungit b Doctor meus) quæ di-
cta sunt , eorum quicquam oculis
intuenti conspicere licet : id sonat :
nisi in Chymica , & salis fuso-
ria hac arte sis exercitatus , scrip-
ta mea non intelliges .

*Iiber Natura-
rure legen-
dus , charta-
cei tamen
non reij-
siendi.*

Hippocrates itaque deprehen-
dit ea , quæ naturæ & artis im-
perio , grato consensu subiecta
sunt , in hoc cardine immobi-
lia doctrinæ fundamenta collo-
cauit ; ex his omnes mechan-
icos progressus , & causarum ex-
plicationes adeò firmas deduxit ,

vt si omnes chartacei libri, cum eorum scriptoribus interirent, ex ingenti Naturæ libro omnes artes rursus hac methodo addiscerentur.

Vnde liquet, quot fabulæ virro optimo sint adscriptæ? quæ ne quidem per somnum illi in mentem venerunt; imò quam plurima sub eius nomine non quadrant, cum profunda eius sapientia, adeò ut si iam reuiveriset, non sine ratione ea legendo erubesceret.

Permixturem & alterationem, quam in alcalibus fixis cum acidis demonstravi, eam etiam de alcalibus volatilibus omnium animalium intelligentiū iubet meus Hippocrates.

a Lib. 1. de
diata.

Alcali enim volatile, cuiuscunque animalis, saturatum cum spiritu acido vitrioli, induit vitrioli naturam; verum cum non habeat colcotar ferri, præcipitatur à gallarum succo, in purei coloris fundum, albo vitriolo simillimum, de quo suprà.

Q. iiiij.

Ex dictis nunc luce meridianâ
clarus patet, spiritum esse vehi-
colum & domicilium animæ,
atque vinculum coniungens ani-
mam cum corpore; quod in sub-
sequentibus ostendere lubet.

Idem nimurum Alcali vola-
tile, cuiuscunque animalis, cum
spiritu nitri, sit naturale nitrum,
flammam concipiens, in calore
igneo liquatur, funditurque si-
mile ordinario. Idem Alcali in-
quam cum Aceto, sit Tartarus,
qui totus in liquore. n distillatur
falsum, ut in aqua Mindereri
ostendi, & sic de reliquis succis
acidis intelligendum: nam sicut
alcalia fixa, sunt vacua & inania
corpora, sic etiam volatilia om-
nium animalium; quorum præ-
parationem docet quidem Re-
formator, qui cum alcalibus ta-
men omnibus admodum vacuus
est. Hinc motus Hippocrates
meus, sereno vultu, in dulcem
risum, inquiens a: Nesciunt quid
diara. faciunt, sed destinatum fatum
explent.

Alcali itaque viperinum , va-
cuum & inane corpus , satura-
tur à Reformatore etiam vacuo
a , magno labore & sumptu , aci-
do salis spiritu ; quid aliud quām ^{a Pharm.}
^{fol. 486.} salis communis proles exinde ge-
nerari potest ? En fucus & im-
postura , quam Reformator cum
tanto labore b tandem inuenit : ^{b Pharmac.}
^{fol. 486.} de quo ante victoriam trium-
phans scribillat : Nec uclim tibi
quisquis es persuadeas , alias ef-
se viam fixandi . Hoc dicto pa-
uitans palinodiam recanit : in-
quietus (submissā voce) si tamen
quisquis esset , qui maiorem in-
bisce laboribus haberet experien-
tiam , ipsi ansam præbeo , ut boni
publici causā , illa quæ in hac re
expertus est , secum commori non
patiatur . Meum corculum ! meus
molliculus caseus ! quid nū ? Eia
age , obtemperemus fratres hu-
ius cupiditati : bene ædepol nar-
rat ; ah , quantum non mere-
tur de republica medica ! quod
pharmacopœi c acidum & sal-
sum tam politulè discreuit .

^{c in Appen.}
^{Animadu,}
^{fol. 75.}